Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

cū germine suo: et montium fundamenta comburet
Congregabo super eos mala: et sagittas meas
complebo in eis Consumentur fame et devorabunt
eos aves morsu amarissimo Dentes bestiarum i
mittam in eos: cum furore trahentium super terram atq;
serpentum Foris vastabit eos gladius et intus
pavor: iuvenem sil' ac virginem lactantem cum homine
senem Et dixi ubi nam sunt cessare faciam ex ho
minibus memoriam eorum Sed propter iram inimicorum distuli:
ne forte superbirent hostes eorum Et dicerent manus
nostra excelsa et non dominus fecit hec omnia Gens
absq; consilio est et sine prudentia: utinam saperent et
intelligerent ac novissima providerent Quomodo persequ
batur unus mille et duo fugarent decem milia
Nonne ideo quia deus suus vendidit eos: et dominus con
clusit illos Non enim est deus noster ut dii eorum: et inimici
nostri sunt iudices De vinea sodomorum vinea eorum
et de suburbanis gomorre Uva eorum uva fell'
et botrus amarissimus Fel draconum vinum eorum:
et venenum aspidum insanabile Nonne hec con
dita sunt apud me et signata in thesauris meis
Mea est ultio et ego retribuam eis in tempore: ut labatur
pes eorum Iuxta est dies perditionis: et adesse festi
nat tempora Iudicabit dominus populum suum: et in servis
suis miserebitur Videbit quoniam infirmata sunt ma
nus: et clausi quoque deseruntur residui quoque consumpti
sunt Et dicent ubi sunt dii eorum: in quibus habe
bant fiduciam De quorum victimis comedebant
adipes et bibebant vinum libaminum Surgant
et opitulentur vobis et in necessitate vos protegant